



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

31. Copula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

puerilè existimans; & sic in cæteris, lib. 7. disp. 28. num. 6.

Contractus.

1 Contractus alij à donatione, ut venditio, permutatio, valent inter coniuges, lib. 6. disp. 1. n. u. 11. Item contractus conditionalis obligat ante conditionis euentum, ita ut resilire non licet, lib. 5. disp. 6. n. 8.

2 Contractus, quo aliqui se obligant cum certa poena sub conditione pendentia voluntate Principis, non obligat, nec poena, lib. 5. disp. 5. num. 9.

Copula.

1 Copula vi extorta post matrimonium ratum intra bimestre consummat illud, potest ramen sponsa vi oppressa ingredi religionem, manente vinculo matrimonij, nisi fuerit sequuta proles. Idem dicendum, quando fuerit cognita ineru gaudi, l. 2. disp. 22. à n. 4. usque ad 12.

2 Sponsus, inuitâ sponsa copulam extorquens intra bimestre, non potest ingredi religionem. Idem dicendum, quando ante matrimonium consummatum tradidit alteri deforrandam. Quod intellige, quando alias non potest iniuria sufficienter felsarciri. Si tamen defacto ingrediatur, dissolutum manebit vinculum matrimonij, & sponsus cogens intra illud bimestre, peccat mortaliter, licet non affirmet, velle religionem ingredi, nec ingressum praemeditetur, libr. 2. disputat. 22. numer. 8. 9. C. 5..

3 Vtrum

3 Vtrum sponsa per vim oppressa ante bimestre possit semen expellere? De femina, quae non à sposo vim passa est, affirmat Doctor posse incontinenti; sed postea, post possessionem pacificam vasis, negat. De sponsa autem à sposo per vim cognita non audet affirmare, & manet dubius, *l.2. disp. 22. n. 17.*

Credendum.

1 Credendum est in utroque foro promittenti matrimonium dicenti se reuocasse consensum, si alter statim non repromittat, *libr. 1. disp. 5. n. 14.*

2 Afferenti se non promissorum, si à principio talis causa abesset, credendum est in utroque foro, si iudicio prudentis, consideratis negotiis circumstantijs, verisimile sit non promissorum, si illam præcogitasset, *lib. 1. disp. 62. num. 6.*

3 Credendum est sposo dicenti, se accessisse ad sponsam, & non consummatis, nec seminasse in foro conscientiæ: secùs dicendum in foro externo, *lib. 1. disp. 21. n. 8.*

4 Quando sponsus uterque confitetur, se non consummatis illis non credendum est, si sponsa non erat virgo, & domum sibi traducta est. Secùs, si traducta non sit, & si erat virgo aspecta talis appareat, licet domum sponsi traducta sit, *lib. 2. disp. 23. n. 1. & 2.*

5 Credendum est iuramento coniugis dicentis, se credidisse esse suum coniugem eum, cum quo copulam habuit habitus respectu ad-

E. 4.

cius.